



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,  
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte  
Orandi & meditandi methodo**

**Balsamo, Ignazio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1612**

Alius modus recitandi rosarium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48888)



gere 50. vel 63. myſteria, ex vniuerſis myſterijs & actionibus vitæ Chriſti Domini & ſeruatoris noſtri, ab An- nunciatione, vſq; ad glorioſam ipſius in cęlos aſcenſionem: atq; ad ſingula vnā ſalutationem Angelicā recitare, modò poſt ſingulas decades Oratio- nem Dominicam interponere me- minerit.

*Alia methodus recitandi  
Rosarium.*

S V N T quidem & alij quamplū- rimi modi Roſarium recitandi, at nobis ſatis erit vnum tantummodo adhuc adieciſſe, qui conſiſtit in pec- catis, & quatuor hominis nouiſſimis conſiderandis, ac talis eſt.

Imaginari oportet Roſariū, quod manu geſtatur eſſe coloratum, & ho- ſce colores repræſentare nobis ma- teriam, quam in recitando Roſario volumus mente reuoluere.

Imaginare igitur *primam* decadē granorum Roſarij eſſe diuerſorum colorum, albi, nigri, rubri, viridis, ſaui, &c. *ſecundam* coloris pallidi.

*Ter:*



*Tertiam* rubri. *Quartam* nigri. *Quintam* aurei. Id est: In recitanda *prima* decade, quæ est diuersicolor, reduc tibi in memoriam multitudinem & diuersitatem peccatorum tuorū, quæ in omni vita tua commisisti, eorum- que veniam a Deo, per Beatiss. Virginis interuentionem flagita. In *secunda* decade, quæ pallida est, mortem animi tui oculis repræsentat. In *tertia* decade rubra, tremendum nouissimi diei iudicium tecum expende. In *quarta* decade nigra, poenas damnatorum in Inferno cogita. In *quinta* decade aurea, Gloriam cælestis Paradisi mentis oculis contemplare.

Qui voluerit hac methodo legere Coronam B. Virginis, constantem 63 salutationibus Angelicis, poterit *sextam* decadem coloris argentei adijcere, atque in ea Beatiss. Virginis nitidissimam puritatem meditari.

HAC methodo Rosarium legere, spectat ad vocalem orationem, cui utiliter mentalem quis posset adijcere, si in principio aut fine vniuscui-

G 6 iusque



iusque decadis paulisper in meditatione mysteriorum eiusdem decadis subsisteret, eaque breuiter secum consideraret.

DE ORATIONIBVS  
iaculatorijs.

CAP. XI.

Epist. 121  
ad Probū

**S** Augustinus Orationes iaculatorias appellat, breues quasdam preces siue eleuationes mentis in Deum, qualis hæc esse potest. *Deus in adiutorium meum intende.* Hæ autem orationes possunt esse mentales, vel vocales. Mentales sunt, quando Deum intrinsecus ad opem nobis ferendam inuocamus, atque in spiritu sensum huius sententiæ proferimus. *Deus in adiutorium meum intende.* Vocales sunt quãdo eadem verba ore pronunciamus. Sunt autem orationes hæcutilissimæ, tum ad fouendam deuotionem, & cogitandam assiduam Dei præsentiam, tum ad perficiendum id quod Christus in Euangelio, ait: *Oportet semper orare & non deficere.* Ut propterea mirandum non sit, quod

de